



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 71. Pax inter Mathiam Imperatorem, & Turcas inita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

rant, omnibus suis subditis novos portus, insulas, aut Regiones aperiendi potestatem fecere, eodemque anno Moscoviæ Ducis Legatum, qui fœdus cum ipsis Ordinibus pangere expetebat, humaniter excipientes, muneribus auctum dimiserunt. Eodem quoque anno, conatu tamen magis laudando, Groninga Urbe Fœderatis subjecta a Civibus atque Ommelandicis incolis erecta est Academia, quam primus omnium regere cœperat Ubbo Emmius celebris ille Frisiz Occidentalis Historicus.

Sæc. XVII.

A. C. 1614.

## §. LXXI.

*Pax inter Mathiam Imperatorem, & Turcas inita.*

Sub idem tempus Mathias Imperator Lintzii in Austria comitia celebrabat, ad quæ omnes hæreditariæ Cæsaris Provinciæ convenerant. Exponebatur hoc in conventu, quod Turcæ novis, crebrisque excursionibus pacem violantes, non modo Valachiam & Moldaviam, sed & Transylvaniam sibi propriam, non sine maximo Christianæ Reipublicæ damno, nuper asseruerint, ac Sultanus nullatenus permittere velit, ut Cæsar vel Germani Transylvanis legem ullam posthac præscriberent: deliberandum igitur, quid ei ad hæc

*Bald. Chron.**moral. l. c.**Merc. Gall.**tom. 10. l. 2. §. 1**§. 1. 4.*

Sæc. XVII. omnia respondendum, & utrum ejus-  
 A. C. 1614. dem Legatus admittendus, novaque  
 cum Sultano transactio ineunda sit, ac  
 denique si Hungariam quoque interim  
 invadat, num ad pacis consilia a Cæsare  
 nondum tentata descendere expediat?  
 Advenit interea Lintzium Sultani Legatus,  
 mox igitur congregati Ordines responsum  
 suum ad singula habitæ consultationis  
 capita Cæsari exhibebant: Hungari vero  
 responso suo nuper jam transmissio  
 insistebant, Transylvani econtra, ne  
 exercitus in Provinciam suam inferretur,  
 toto studio deprecabantur. Tandem vero  
 fluctuantes Ordinum animos firmabat  
 Mehemethis Kiahia Turcici Legati  
 adventus, qui anni sequentis die  
 duodecima Maij Vinnam solemnibus  
 pompis ingressus, Achmetis Ottomanici  
 Imperatoris nomine, de concordia cum  
 Mathia Cæsare agere cœperat, pacis  
 consilia tandem extorquebat adversa,  
 qua Turcæ premebantur, fortuna;  
 quippe Emir Sidonensis Filii Præto-  
 rem damascenum cum magna Turcarum  
 multitudine prælio fufum interfecerant,  
 Nasuffus quoque, cujus Patrem Ach-  
 metes laqueo suffocari iusserat, incendiis  
 & rapinis Asiam sædulateque protere-  
 bat: Cossacci etiam Constantinopolin usque  
 populabundi excurrebant, indeque in  
 Bythiniam, & Paphla-

*Khevenhill.*  
*tom. 8. p. 742.*  
*Ludolff. l.*  
*15. c. 2. n.*  
*42.*

Paphlagoniam converſi, ferro flamma- Sæc. XVII.  
 que univerſam vaſtabant Regionem, A. C. 1614.  
 Trapezuntem quoque unacum portu,  
 viginti ſeptem triremibus & armamen-  
 tario Turcico evertabant, Synope urbe  
 antiquiſſima in cineres redacta\*. Ac-  
 riter inſuper a Perſis, atque Aſiaticis  
 urgebantur Turcæ, magnasque ſubin-  
 de clades a Chriſtianiſ accepere. His  
 igitur, aliisque tam exteris, quam do-  
 meſticis calamitatibus undique obrutus  
 Turcarum Imperator, in vicennales in-  
 ducias cum Mathia Cæſare ineundas  
 conſenſit, quibus etiam pacis Situato-  
 rocenſis articuli anno Chriſti milleſimo  
 ſexcenteſimo ſexto ſanciti, fuere con-  
 firmati, ſimulque Chriſtianiſ omnibus,  
 atque ipsis etiam Jeſuitis Tempſa ſeu  
 Oratoria per univerſum Imperium Otto-  
 manicum erigere conſeſſum eſt. Has  
 porro inducias Mathias Cæſar primo  
 Pragæ die prima Decembris anno Do-  
 mini milleſimo ſexcenteſimo decimo  
 quinto, ac ruruſ die prima Maij anni  
 ſequentis ratas habuit. Eo igitur pa-  
 cto tandem Hungariæ & Tranſylvaniæ  
 tamdiu exoptata pax reddita eſt. Eo-  
 dem quoque anno Achmetes cum Da-  
 drano

---

\* Hæc eadem urbs progreſſu temporis re-  
 ſtaurata hodie a Turcis Por - Dapas nominatur.

Sæc. XVII. drano Georgianorum Principe pacis fœ-  
A. C. 1614. dera inibat.

## §. LXXII.

*Philippus Nerus & Theresia a Jesu  
 Beatorum fastis a Paulo V.  
 adscripti.*

Ad hujus anni diem decimam quartam  
 Maij referunt nonnulli Beati Philip-  
 pi Nerii Beatificationem, quamvis ali-  
 eandem ad diem vigesimam tertiam  
 Aprilis anni sequentis reiiciant; post-  
 quam enim quarto post sancti hujus Viri  
 obitum anno Corpus ejus integrum, ac  
 ipsius memoria virtutum splendore &  
 prodigiorum copia ubique sanctitatis fa-  
 mam diffunderet, Paulus V. in acta ac  
 ipsius miracula demandatis inquirendi  
 curis eundem Beatis palam adnumera-  
 bat. Iisdem publicis honoribus deco-  
 rabat idem Pontifex Sanctam There-  
 siam a Jesu Carmelitani Ordinis resta-  
 ratricem, quæ tam in vita quam post  
 mortem prodigiis celebratissima per to-  
 tam Hispaniam velut Sancta colebatur:  
 quocirca Clemens VIII. Philippo II.  
 Hispaniarum Rege, Regina, Archie-  
 piscopis aliisque innumeris impense ro-  
 gantibus, cuncta ipsius gesta & prodigi-  
 a exactissime discuti jussit, omnibus-  
 que rite comprobatis sanctam hanc Vir-  
 ginem